



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Floremundi Raemundi V. Cl. Olim Consiliarii Regis  
Galliarvm Ex Calviniano Catholici Synopsis Omnium hujus  
temporis Controversiarum tam inter Lutheranos,  
Calvinistas quam alios plurimos. Sive Historia ...**

**Raemond, Florimond de**

**Coloniae Agrippinae, 1655**

II. Quomodo Muncerus & Leidensis plebem seduxerint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10880**

laus Amsdorffius Lutheranus, (a) *vita sanctitate modo Germaniam decipere incipiunt, quemadmodum Monachi olim totam Christianitatem deceperunt. Lutherani & Zuingliani, ait Hofius, (b) zelo religionis Anabaptistis multum cedunt.* Quum Burdigalam nostram variaz nationes è plaga Septentrionali negociandi causa confluerent; volupe mihi nonnunquam fuit diversarum religionum homines convenire, ac sermonem cum eis conferre, ac præsertim cum Anabaptistis, ut mysteria ejus religionis perdiscerem. Hic fateor me non semel ingenti percussam admiratione, quum viderem eos in mediis negociorum turbis eundem vultum atque eundem animi statum semper servare, nec ulla injuria, ira, aut quocunque alio affectu ab eo dimoveri; eundemque vivendi morem atque institutum inter tot nationum colluviem retinere. Quum Anno MDXCVIII. in horum aliquot incidissem, eo tempore quo tota nostra Aquitania extrema fame laborabat, post multa ultra citroque verba, unus ex ijs liberrimo vultu & sermone ita inquit: *An vos Catholici, Christiani dicit vultis, qui delicijs immersi, ante fores fratres vestros iacere sinitis. En plateas vestras languentibus & semimortuis plenas. interea dum mensa vestra ciborum & vini delicijs redundant. En laceros illos & cutem nudam ostendentes; dum vos bysso & serico vestiti, superbitis. Non hoc apud nos fieri solet. Nemo nostra religionis panem suum emendicat. Si cui quid desit, id reliquorum fratrum liberalitate ultro suppletur. Nemo apud nos elemosynam petit; sed nec quisquam ociosam vitam ducit. Omnes laboramus. Quod si quis naufragium aut iacturam faciat, ea communi omnium contributione ex parte resarcitur. Replicanti mihi, à Salvatore nobis prædictum, fore ut semper pauperes nobiscum habeamus (c) respondit ille: Sic est, id vero èd fr, ut monstratur imperfectio eorum qui inter Fideles esse volunt, & tamè candidam illam vestem, Charitatem scilicet non habent. Hæc ille mecum. At miseri isti, qui litteris scripturæ mordicus adherent, non considerant. Christum Dominum nostrum nequaquam hanc legem suæ Republicæ imponere voluisse, sed nullus in ea pauper invenitur. Est id non Christi sed Andreæ Carolstadij inventum, qui An. 1522. 27. Jan. Wittebergæ edidit Tractatum de abdicatione imaginum, & Quod a mo in Christianismo debeat esse pauper. Sed quid hæc cruciata quæsierit demon per os Garolstadij secuta grassationes rusticorum documento fuerunt. Si omnes eam perfectionem amplecti & capere possent, quæ Aposto-*

lorum tempore in primitiva fuit Ecclesia, (d) res foret non omnino difficilis. Sed Christus Servator noster, amplitudinem Ecclesiæ & difficultatem eiusmodi perfectionis prævidens, consilium hoc ratum, non præceptum nobis dare, interim vero pauperes inter nos esse voluit, ut spirituale elemosynarum negociationem, cujus fructus & in hac & futura vita percipitur, exercendi Christianis non deesset occasio.

II. Hac igitur ficta morum sanctitate primi Anabaptistarum Apostoli, à Muncero, Leideni & alijs huc illuc per Germaniam missi, infinitam quasi hominum multitudinem in sua retia attraxerunt. Regionem aliquam peragrantes, ex arboribus, more Druidum (qui Græco nomine à quercubus ipso Melanchtone approbante sunt dicti eo quod in lucis & sub quercubus sacra peragerent teste Sal. Cæsare, Cicerone, Plinioque (e) olim apud Gallos, & concionabantur, & verbis partim dulcibus, tertio quoque verbo Christum & Salvatorem ingeminantes; partim asperis, iram Dei sævissime comminantes, populum suarum partium faciebant. Inde ubi ad rivum, fluvium aut fontem pervenissent, eos qui vellent baptizabant, magna sæpe velut ovium multitudine unum aliquem, qui primus id petebat, tanquam gregis ducem sequente. Et quia Salvator Apostolis mandavit, ut quod velut in secreto audissent, in rectis annuntiarent; fatui hi homines in villis & pagis domos, in sylvis & solitudine rupes & præcipitia conscendebant, (f) atque inde quam possent altissima voce exclamantes, oculis in cælum sæpe reortis, omnes ut Pœnitentiam agerent, vitam emendarent, fortunas relinquerent aut ipse commu-  
ne conferrent, ac baptizati, se sequerentur, hortabantur. Hanc enim esse Dei voluntatem: quam nisi fecerint, iram ejus & pœnas gravissimas expecturos. Quidam Philippus Sarrelanus nomine, Basilæ per omnes plateas discursans clamabat: Pœnitentiam agite, desistite à peccatis, rebaptizari vos sinit. Ego enim adhuc à Deo missus sum, qui Michaeli Archangelo interprete, populo Pœnitentiam me prædicari iussit. Hi Anabaptista, ut Erasmus in epistola quadam attestatur (g) non minus Ocolampadianos seu Novos Evangelicos, quos animarum interfectores appellabant, quam Canonicorum vitia detestabantur. Additque; Se-

a Libro, Recta fides de Cana. b Lib. 1. de Hæres. nostri sac. c Matth. 26. 11. d Act. 2. e Heuter. fol. 490. lib. 11. de rebus Belg. f Casar. 6. Belli Gall. Cic. l. 1. de divin. Plin. l. 30. c. 1. g lib. 23.

Etiam hanc Principibus & Magnatibus valde esse odiosam, non solum quia magistratus tollat, sed etiam bonorum communionem inter omnes esse velit sanciatque. Cetero quis nec templa habere, nec armis se defendere, nec deesse inter eos qui sanctiorem si sola externa facies expendatur ceteris plerisque Sectarijs vitam ducant. Tandem subiungit: Terreri nos corvi alicuius crocitate aut si visiro volatu, atque inde malum capere augurium res nostras ex cauta futurorum praesens sine adeo fragili ordinare. At tamen in tot tantisque, quae contingere videmus, morum dogmatibusq; torneamentis, ita nos gerere, ac si sensibus esse mus omnino capti. Ite Erasmus stuporem nostrum in religionis malis praecavendis, & in alijs miram cautelam attentionemque taxat, videns rudem populum Novorum horum Apostolorum ac poenitentiae praecorum doctrinam, tanquam manna caelitus delapsam, cupidissimis animis excipere sine examine, sine metu seductionis. quo loco duo Lectori suggero, quae animo occurrunt, unum est, quod Erasmus in eo quod recte arguit, impigit, cum nec ipse eruditus adeo, Lutheri inertia, pessimum exitus habitura praesens, sed fovit: alterum quod illud ipsum dogma Anabaptistarum, de armis ne quidem ad sui defensionem sumendis, merum sit ipsorum figmentum, cum ex Historijs certissimis Monasterij, Amsterodami alijsque in locis patratorem (a) longe aliud sentire de Anabaptistis omnino compellamur, nisi forte ex infelici armorum subinde tractatorum eventu, ad tempus aliquod, eorum nausea laborant.

III. Habeo penes me non ita multarum paginarum Colloquium, Anno MDXXX inter Catholicum, Lutheranum, & Anabaptistam habitum, in quo Anabaptista utriusque gravissime & impune exprobrat enormia crimina quibus ipsorum Ecclesia sint polluta, plane ea libertate ac si uterque attonitus haesisset. Scripsit etiam Germanus quidam contra Anabaptistas libellum, in quo errores eorum & superstitiosam simplicitatem notat, atque inter alia narrat, Ex eorum numero aliquem in prato concionantem, quem forte mulierem conspexisset, circinois calamistratis, auro & gemmis fulgentem, ad eam conversa oratione, sic loquitur: Nostra sorores non ita ornatae sunt. An tu nihil aliud habes quo hominibus placeas, quam superbas has ineptias & mundum immundum? Deme has gemmas, monile ac reliquum ornatum, vende ea, & precium da pauperibus. Molles has & sericas vestes in cilicium muta. Audi quid S. Apostolus Petrus de ornatu mulierum dicas. Simulque apertio Novo Testamenti libro, lo-

cum illum praegit ex capite 111 epistola. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, &c. Hoc ed recensere volui, ut intelligatur, quantum opere praecae illi simplicitate cuius imago in nostris passim libris occurrit, in omni cultu affectent, & libertate aliter viventes castigent. Itaque vestitus eorum omnis ex panno est, & non aliter, quam Eustachiani olim, omnes eos qui sericis vestimentis utuntur, diaboli filios appellant.

IV De eorumdem contra omnem vim & tormentam admirabili constantia, vel rabie potius, quid dicam? quae errores suos in medijs flammis & cruciatibus ad extremum usque spiritum & ultimam sanguinis guttam defendunt; ut suo loco ostendam. Habet nimirum & semper habuit diabolus suos quoque; martyres, ad suam scilicet gloriam propagandam. Hofius (b) dicit, ex omnibus sectis nullam praestitit, ferro & igne vexatam fuisse, atque intra ducentos annos nullam maiori constantia vel pertinacia potius, tormenta omnia ipsamque mortem sustinuisse; adeo ut in hoc Lutheranos & Zuinglianos multis parafagis antecedant. Erasmus commiseratione dignos esse ait, ut qui magnam partem errore potius quam malitia peccent: quavis interim de salute sua certissimos se esse gloriantur. Hac lectione eos docuit primam quidem Lutherus, confirmare vero Menno (c) vnus ex primarijs ipsorum doctoribus, sic scribens: Falli non possum. Credidi, o pater caelestis, Verbo tuo, & per Spiritum S. illud tamquam Verbum veritatis suscepi. Certus sum, me hac mea doctrina, quae Dei Verbum est, in extremi iudicii die non Mundum solum, sed angelos etiam iudicaturum. Atque his ipsidem ferè verbis Lutherus initio doctrinae usus fuit, quae Anabaptistae exposuerunt.

V. Sed, Deum immortalem, quam saepe illi ab hoc spiritu decepi, numquam tamen suo ipsorum malo sapientiores facti sunt? (d) Munceris suis auxiliatrices Angelorum legiones, ac victoriam sine armis pollicitus, se ac quorquor ipsum se quirit fuerant perdidit. Leidensi imperium totius orbis terrarum promissum fuerat; idemque carnifici exuvias suas reliquit. Melchior Hofmannus, qui ab Helia missum se videri volebat, ac revelatum sibi dicebat, fore ut magna cum gloria centum quadraginta-

a Arnold. Messhorvius in Histor. Anabaptisticae libris.  
b Lib. de haeres. nostri saec. fol. 436 lib. de Vera fide. Hof.  
lib. 1. de haeres. fol. 432. d. Alber. contra Carolstad. Sleis.  
dan. lib. 5. Spangenberg. Chron. Saxon. Pomarius &c.